



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

S. Felix Nolanorum Patron. n. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

aureæ exhibebant. Quod augustinissimo IESV Nomihi datum, adolescens sic interpretatus est, ut qui aureis designaretur literis, eum sibi optimum, siveque accommodatissimum rationibus crederet. Ita in Imag. 1. sec. Soc. lib. 2. cap. 9. fol. 236.

3. A S. THOMA Apostolo Societatem in vastissimis hisce Par-
raquariae nostra Regionibus similiter prænuntiante. Tantam ubique Societas ab
inter barbaros incolas memoriam, vestigiaque sanctissimi Apostoli Apostl. Thoma
Thomæ inuenire Socij, ut dubitari non possit eum istibz olim fuisse. Sed main Pæ-
nibil Christianæ Religionis in hisce regionibus durauerat præter fa-
mam eius, & vaticinationis ab eo prolatæ memoriam. Prædixerat
iam tunc, Post multa sæcula Sacerdotes sibi in Apostolico mu-
nere aliquando successuros, qui eadem, quæ tum ipse, postfe-
ros docerent, quique ut ipse Cruces manu gestarent. Visa in
manibus Nostrorum Crux, quam horum ignari proscipline gestabant,
& subsecuta Euangeli explicatio, barbaris fidem fecit Nostros esse eos,
quos Apostolus olim venturos promiserat. Sic Ibidem lib. 1. c. 2. f. 63.

AB EODEM : Cum illis in regionibus Occidentalibus quasi anti-
quatanti Apostoli Thomæ vestigia lustraret ac subsequeretur Xau-
rius noster sanctissimus, fidem primoribus sæculis ab eo fundatam in-
staurauit, impleuitque illius antiquum Oraculum, quo præcinuerat,
ventura ea tempora, cum Oceanus paulatim erosus, laxatis
que littoribus Crucem quamdam ibi à se statutam, fluctuum
appulsa incepserat alluere, tuncque ab extremis Europæ fi-
nibus in Indiam mari aduehendos diuini verbi præcones, qui
sibi in officio, studijsque succederent. Et quidem rursumque
euentus coniunctio fidem oraculi affirmauit. Simul ad Crucem vnde
titorales, simul Crucis prædicatores Nostri ad Indicum luctus acce-
re. Ita in Panegyrica Epitome Xauerij, Insulis typis edita ann. 1649.
fol. mihi 33.

4. A S. FELICE Nolanorum Patrono. Ea ipsa nocte, qua
Nostræ magna gratulatione excepti Nolæ Patres, manna è Corpore
S. Felicis manauit: quod persuasum est ciubus, rurbi manat, felicitatem
portendere: obseruata res est, & tanquam ruritus Patronus no-
uos hospites letus, ac fauens exciperet, cumulauit gratulatio-

P pp 2 nem,

Societas ab

Apostl. Thoma

main Pæ-

raquaria,

prædicta.

Et in O-

rientali

India.

Et à S.

Felice,

ebulliente

manna

Nola ex-

cepta.

nem, & spes omnium confirmavit. Ita Par. 2. Hist. Societ. lib. 2. num. 78.

5. A CÆLITE Anonymo: Dum in Belgum Pseudo-Apostoli duodecim nauigarent, ut prauum ibi spargerent semen, prope aberant à Portu Dunkercano, cum fecere naufragum: nonnullos tabula seruauit, & omnium primarium, quem Dunkerke littus iam tenetem, subit cogitatio, diuinitus utique iniecta, Deum forsitan eo naufragio ingratum sibi profectionem illam damnare. Hæc cogitanti reente vir adstat (è Cœlitibus unus) candido habitu, eoque Monastico: Et quod tu (inquit) amice animo versas, id verum puta, ingratum hoc iter Deo est. Hæc tibi indicasse sit satis. Perge porro Antuerpiam ad Societatis IESV Patres, illos interroga, & sequere, ad veram enim te ducent fidem. Ergo Antuerpiam ille delatus, nihil quidquam prius habuit, quam diuertere ad Societatis domum: vbi succedente mox graui morbo, ad extrema perduetus, baptismum cum fletu flagitat, & ablutus sacro fonte, & quasi iam vita dignus conualescit: moxque ad exemplum Pauli, Socios illos suos, aliosque eiusdem sectæ affecias oppugnare aggressus, & fidem prædicare Romanam, præterita animorum damna lucro maiore pensauit. Ita apud Imag. eit. 1. sec. Soc. lib. 6. fol. 794.

A Cœlite
quodam
vera fidei
ductrix
affitur.

Et à proximi-
morum
cura, lau-
datur.

6. AB ALTERO: Qui clausis cubiculi ianuis, cuidam de Societate Carthusiane deliberanti apparens, dixit: Tu quidem Carthusianus si eris, saluti tuæ consules, sed vbi futurus es proximus? Sic in Annal. Societ. anno 1604. fol. mibi 435.

CLAS-